

LINGVARVM CANDIDATIS HVLD.
RICHVS ZVINGLIVS SAL.



Indarum quisquis studet, ut ab Horatio carmine ordiar, cōmendare, certatis Dædali pennis nititur, optime lector. Quū enim laudem eius à cœli plagi, inferorumq; abyssis, quō lyræ ipsius uox penetrauit, colligere necessarium sit, nō feret alarum mitis ceræ glutino concinnatarum opus, nec superū ardores, nec inferorum faces. Vnde qui tam immanem gloriam complecti tentabit, uitreo daturus est nomina ponto. Evidem ingenue fateor Lysicorum omnium, dicerem libentius poëtarum, facile principem, indignum esse, ut alterius, quam summi alicuius, eloquentissimiq; uiri præconio laudetur, nedum nostro, cui uix tantulum suspetit, ut altissime posatum poëma suspicere queam. Quū uero Iacobus Ceporinus homo ad nihilum aliud natus, quam ad eruendos, illustrandosq; tū uetustissimos, tū eruditissimos autores, tanta iniustitia urgeret, ut suo nomine in Pindari Olympicæ, Pythia, Nemea, & Isthmia, quæ Cratander homo uigilatissimus excuderat, præfarer: non debui optimo uiro negare, quod tantopere orabat, etiamsi non ignorarem, cui me ludibrii aleæ committerem. Ad rem enim facturum fore ratus est, si ante Pindaricæ lyræ sonum, ad quam Musæ præ omni-

* 2

H V L D. Z V I N G. E P I S T.

bus lætæ ac gratæ in chorū coëunt, præsultor aliquis
egregie ineptiret, qui sibi tamen uideretur omnia acu-
tangere, quo deinde inusitatum hoc, et inedibile poë-
tæ decus maiorem admirationē inueniret. Homo her-
cle uehementer ad gratificandum spectatoribus inten-
tus: citra lusum enim nostrū, iamiam secum Pindarus
amœnitatem attulisset, ut capere labor fuisset. Atta-
men quocunq; cōsilio ille nos persuasit, paruimus: imo
si nudū saltare præcepisset, obtemperauissemus. Quo-
niam autem translatitium omnibus est, autorū uitam
in primis narrare, redigemus & nos Pindari nostri
Pindari vi- uitam in compendium ex Suida: Pindarū Thebis na-
tum esse, omnes consentiunt, parentibus non usq; adeò
claris: quod hinc patet, qd' alij alios homini adsignāt,
diuina nusquam cessante prouidentia, ne imaginibus,
aut sanguini tribuamus, quod illius est bonitatis. Rari
enim admodum fuerunt clara sanguine creti, quibus si-
mul ingenium sit, ac eruditio data. Discipulum aiunt
cuiusdā fœminæ Myrtidis fuisse, liberos treis habuit,
marem unum Diophanton: fœminas duas, Eume-
tem, & Protomacham. Natus est autem circa sexage-
simam quintam Olympiadem. Xerxe Græciam infe-
stante, annos erat natus quadraginta. Quūq; annum
quinquagesimum quintū ageret, uoti cōpos, quo per-
petuò optauerat pulcherrimū sibi finem donari, ani-
mam reddidit frequentissimo theatro, reclinatus in
amantissimi

AD LECTOREM.

amantissimi Theoxeni genua. Scripsit autem Dorica dialecto, Olympionicas, Pythionicas, Nemeonicas, Isthmionicas: quæ quidem uictoriæ reliquæ nobis fæ. Et æ sunt, aliorum operum eius nomina, si placet nosse, è Suida petèda sunt. Fuit Pindarus nō minus dextero ac sancto, quām erudito amœnoq; ingenio. Eruditio autem tanta fuit hominis, ut hac in re nemo uideatur ei anteferendus esse, qd' istæ uictoriæ probant, in quibus alicubi subindicat, sua non temere citra interpretem intellectum iri. Utitur ille aut nō uulgaribus uerbis, sed de sublimi petitis: aut si utitur, sublimia reddit. Quod magnifice de illo prædicat Horatius, quum canit, Dircæum olorē multa aura uehi. Horum autem uerborū tam docta est apud illum compositio, tam terfa contrectatio, ac mundities, ut quicquid illis aut addas, aut adimas, pecces in eruditionem ipsam: semper cadit illi feliciter Iouis tessera. Amœnitatē uero quis digne laudabit? Exoleta nouat, reficit, ac oculis uelut præsentia subiicit: prisca honorem, ac maiestatē induit: præsentia nō supra modū extollit, neq; inuidiosus deprimit. Quis cultus similiū ac dissimiliū? quanto eorum ubertas? quanta translationum uis? quām proprius earum usus? quām in loco semper adsunt? Sententiarū uero quām anxia cura ne uspiam desint? quæ harum est cum autoritate coniuncta familiaritas, οὐ τὸ επιτελές? Dexteritas ea est, ut parem haud

H V L D. Z V I N G. E P I S T.

inuenias: nullos enim sic laudat, ut si quid illis uitij hæ
reat, nō ciuilissime taxet. Si quos maiorū criminibus,
innocentia, probitateq; mederi uidet, præsentem uir-
tutem sic defendit, ut tamen aculeos domesticæ infâ-
miæ non eximat, quo currentem nunquam non horte-
tur. Si alicuius maiores nouit iustitiam cū audacia mu-
tauisse, sic utrāq; non tacet, ut simul uitiorum horro-
rem cum uirtutum facibus inserat. Sanctitas ea, ut nus-
quam petulantia, nusquam procacitas linguae adpare-
at: nihil salax aut lascivum excidit, quo pectoris ali-
quid ὑπουργον deprehendere queas. Ut de Pindaro,
si de quoquam dicere liceat, pectus habuisse ueri, san-
cti, honestiq; studiosissimum, ac incoctissimum: his lim-
pidissimis gurgitibus uoluitur Pindarici carminis flus-
men. Nihil est in omni opere, quod non sit doctū, amœ-
num, sanctum, dextrum, antiquum, prudens, graue, iu-
cundum, circumspicuum, et undiq; absolutū. Loqua-
tur licet de dijs magnifice, at non sentit de uulgo mul-
titudineq; eorum magnifice, sed sæpenumero unicam
istam diuinam, cœlestemq; uim inducit. Imò quemad-
modum diuus Augustinus alicubi, et Origenes con-
tra Celsum, de philosophis ac poëtis sentiunt: quod ta-
metsi uerbis ac nominibus plurimos deos canere ui-
derentur, re tamen ipsa non ignorarent unicam esse
oportere uim, quæ deus est: sic nostrū uidemus, etiā si
deos uocet, unicū tamen esse credat. Id qd'ne Hebræis
quidem

AD LECTOREM.

quidem alienum est. Quū enim אלְחִים, hoc est deos
perpetuò uocent unum istum conditorem rerū omni-
um, nihil est incommodi, nihil flagitiū, si plurimorū
numero, gentilium itum poëtæ, tum philosophi unicū
deum adpellent: fit enim istud nonnunquam ornatus
gratia, amplitudinis ac uetustatis. Neq; etiam Latini
desinunt Camillos, Cicerones, Fabios, pro Camillo, Ci-
cerone, Fabio iactare. Longum fuisset omnium, quæ
iam de Pindaro, inope stylo prædicauimus, exempla
producere: auido lectori ista committimus, cui & has
faces indimus, ut ad hunc thesaurum confestim prope-
ret. Quantum autem hoc putas allaturum esse, opti-
me lector, quod mea quidem sententia, nullus græco-
rum autorum sic uidetur prodesse ad sacrarum litera-
rum intellectū atq; hic noster, præsertim si abstrusissi-
mas Hebræorum cantilenas, ac hymnos, quales psal-
mi sunt, Iobi carmina, ac aliorum hinc inde numeris
ligatæ laudes, cupias penitus habere perspectas? Sunt
enim apud istos cœlestes cantilenæ, quæ ut pietate, ac
spiritu omnes antecellunt, sic sunt eruditione, grauita-
te, amoenitate nullis, ne nostri quidem huius carmini
bus, inferiores. Quales fermè omnes Dauidicæ, præ-
sertim tamen CIII. psalmus, & XLIII. filiorum Co-
re, quæ tales cantilenæ sunt, ut satis admirari neque-
as. Quamuis ipsi nostros thesauros interim strenue
ignorantes, ubi cunq; ad tam excelsam eruditionē nō

HVL D. ZVING. EPIST.

attингimus, mysteriū aliquod fingēdo, nobis nō aliter
placemus, q̄ Sophista quidā olim, qui quum in schola
quadā polliceretur Aeneida se Virgiliј prælecturū,
ubi iā ad rem præsentē esset uentū: aderāt enim haud
parū multi, qui cupiebāt, quid montes parturirent ui-
dere. Ibi festiuus homo quum aliquot carmina legi-
set, tandem sic ridiculū mure meiecit. Arma uirumq;
cano, est propositio de copulato extremo, & arma ui-
rumq; nō est subiectū, sed prædicatū: & istud prono-
men ego, est subiectū illius uerbi cano, & est ppositio
sic, Ego cano arma & uirū. Cœpitq; sese homo mira-
ri, ac palam testari, Virgiliū hactenus à nullo morta-
lium sic enarratum esse. Quæ leuitas fermè nostræ
λαυτί & similis est, qua nobis persuasimus, confessim
ut stylus alijs cōtigit, quantūuis iejunus et scaber, iam
ad grauissima quæq; explicādi simus idonei: quumq;
id quod exponimus, ipsi non intelligimus, fingimus qd'
exponamus, ac piissimis, eruditissimisq; ποιήμασι
obtrudimus, ut autoritatis non nihil nostra ab istis in-
dipiscantur. Et si moneas, ne extra oleam, aut ne futor
supracrepidam, protinus illorū πρόμαχοι exiliunt,
Attamen pia sunt. Quibus inquam, quid tum? & Pau-
li ad Romanos epistola pia est, at non exponit psal-
mum istum, Deus repulisti nos. Scribant de Christia-
na religione, quàm immunes uelint cōmētarios, at de
quibus strenue ignorāt, loqui ne præsumāt. Hoc enim

dc

AD LECTOREM.

de Hebreorū poēmatis adfirmare ausim, tantum eſſe
illis tum eruditionis, tum gratiæ, quantū est ſiue apud
Pindarū, ſiue Horatium. quod autem à uetustatis ſci-
entia tantum abſumus, quodq; malumus noſtra legi
quām aliena diſcere, fit ut triduani graculi (græculi
uolebam dicere) ſanctiſsimis Hebreorū poētis ſenſus
extorqueamus ab eorū mente alieniſſimos. Has ergo
calamitates audaciæ, inſcitiæq; ut aliquādo pellamus,
hunc noſtrū poētam adeuntes, aurū, argento, uestē,
ut mutuo det oremus, qbus ille abūdat, nec nobis inui-
det, quo & ſuis uocabulis diſcamus ueritatē aliquādo
nominare, & uestem eius ſic agnoscere, ut ſi ſuperne
eius cognitio negetur, propius tamē agnoscamus, quī
uestitum eius probè agnouerimus. Nihil moueor criti-
cis iſtis, quibus ipſa mūdities immunda eſſe, quiq; arbi-
trantur flagitium ſummum eſſe, ſi gentilem poētam le-
gas: nam ego non quemuis legendum propono, ſed eū
in quo periculi nihil, frugis autem multoplurimū in-
dipisci queas, quiq; unius plus ad Hebreorum ſcripta
inuētinganda prodest, quām reliquorū poētarum tam
Græcorum, quām Latinorum omnium omnia moni-
menta. Habuit enim uetustas ſua quædam, ſicut &
quælibet ætas habet, quæ nō temere capias, niſi cū pri-
ſcis uersatus ſis: exoleſcunt enim omnia, nō modò lingua-
re, uestitus, ingenia, ſed homo ipſe quantusquantus
eſt. Quū autem hic noſter non loquutiones, ſed ingeo-

HVL D. ZVING. EPIST.

lum habere, uideatur sanctissimæ ætati simile, de quibus post libri calcē paucula dicturi sumus, tutò ad illū piū auditorem mittimus: imò ad seueramus pietatem ipsam ad eum secure mitti posse, tam sancta & casta sunt omnia. Tu interim Cœporini nostri diligentia, Cratandriq; sudoribus fruere: multo enim emendator prodit, quam haetenus, offendes fortasse mendula, quæ una litera aut altera constent, id uero te nihil moveat, conniuent ad ista nonnunquam oculi sua sponte, dum mens sententiam percepit. Vale candide lector, detq; Deus opt. Max. ut gentili poëta magistro discas ueritatem, cum apud Hebræos intelligere, tum apud omnes gentes amœnissime exponere. Ex Tiguro. XXIIII. die Febr.
M. D. XXVI.